



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

Quæstio I. De institutione, natura, & necessitate Sacramenti Pœnitentiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

147. Possent hoc loco plura similia Dubia, Sacrificium Mis- Alia Dubia
se concernentia, moveri. Verum ea exactè, simùque breviter remissare.
resolvuntur in Rubricis Missalis, à quolibet Sacerdote benè le-
gendis, atque observandis: hinc ipsa imprimenteriarum omit-
tuncur.

DISTINCTIO VI.

De Sacramento Pœnitentiaæ.

QUÆSTIO I.

De institutione, natura, & necessitate Sacramenti

Pœnitentiaæ.

1. Pœnitentia dupliciter sumitur, nempe ut est virtus, & ut Pœnitentia
est Sacramentum. Pœnitentia ut Sacramentum, est unum, sumitur ut
& in ordine quartum ex septem novæ Legis Sacramen- Sacramen-
tum, & ut
tum, & ut
tis. Pœnitentia ut virtus non est Sacramentum, sed virtus quæ virtus.
dam: qualis defactò etiam requiritur ad ipsum Sacramentum
Pœnitentia ritè ac fructuose percipiendum, cùm sit pars ipsius.
Et hanc communiter ad differentiam Pœnitentiaæ Sacramenti,
solemus alio nomine vocare Dolorem de peccatis, cum proposito non
peccandi de cetero; qui postmodùm dividitur in Contritionem, &
Attritionem.

2. CONCL. I. De Fide est, Pœnitentiam esse verum & pro- De fide est,
priè dictum novæ Legis Sacramentum. Ita habetur tum ex per- Pœniten-
petuo sensu & traditione Ecclesiae, tum ex definitione plurium tiam esse
Conciliorum, ac novissimè Concilij Tridentini Sess. 14. can. 1. sic tum, Sacra-
definitis: Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia Pœnitentiam non esse
vere & propriè Sacramentum, profidelibus, quoties post Baptismum in peccata
labuntur, ipsi DEO reconciliandis, a Christo Domino institutum: anathe-
ma sit.

3. CONCL. II. Sacramentum Pœnitentiaæ tunc præcipue est à Christo
Christus Dominus instituit, cùm à mortuis excitatus insufflavit institutum.
in Discipulos suos, Joan. 20. dicens: Accipite Spiritum sanctum, quo-
rum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinerentur, retenta
sunt. Ita communis. Nam optimè S. Concilium Trident. Sess.
14. cap. 1. ad citatum textum Evangelicum, sic loquitur: Quo tam in-
Hhhh 2 signi

signi facti, & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandas fideles post Baptismum lapsos, Apostolis, & eorum legitimis Successoribus fratre communicatam, univerorum Patrum consensus semper intellexit. Hac Concilium.

Et quando
principud?

4. Dicitur, tunc pricipue Christus instituit, cum à mortuis &c. Quamvis enim jam in vita sua Christus Dominus D. Petro hanc potestatem remittendi peccata Iesu daturum repromiserit, dum eidem dixit, Matth. 16. Tibi dabo Claves regni celorum; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in celis: similemque promissionem cateris postmodum Apostolis fecerit, Matth. 18. Nam tamen potestatem Christus actualiter primùm post suam gloriosam Resurrectionem Apoitolis, anteā sub ultima Cœna in Sacerdotes ordinatis, conculit citat. loc. Joan. 20. Unde & eo tempore Sacramentum Pœnitentie pricipue institutum dicitur.

Sacramen-
tum Pœni-
tentie?
quid?

Definitio c-
jus explica-
tur.

Est necessa-
rium omni-
bus post Ba-
ptismum
lapsis.

(a) Dist. fuit.

2. n. 65. ¶

66.

5. CONCL. III. Sacramentum Pœnitentie est absolutio hominis pœnitentis, facta certis verbis, cum debita intentione prolati à Sacerdote jurisdictionem habente, ex institutione Divina efficaciter significantibus absolutionem animæ à peccato. Ita Doctor Subtilis in 4. dist. 14. q. 4. cum suis.

6. Dicitur, *Absolutio hominis pœnitentis*: id est, signum sensibile, sive Sacramentum novæ Legis consistens in absolutione hominis pœnitentis; eo modo, quo Baptismus dicitur esse ablutionis hominis &c. Et additur, *facta certis verbis, cum debita intentione prolati à Sacerdote jurisdictionem habente*. Tum quia Minister hujus Sacramenti est solus Sacerdos, ita ut nullo modo Diaconus, multò minus alijs inferior Clericus, illud ministrare possit. Tum quia Sacerdos ille, præter Characterem Sacerdotalem, etiam habere debet jurisdictionem in pœnitentem, vel ordinariam, vel saltem delegatam: alioquin enim absolutione data non valeret; cum sententia à non suo Judice lata, nulla sit. Cetera particulae vel parent ex dictis in simili de alijs Sacramentis, vel amplius patebunt ex dicendis.

7. CONCL. IV. Sacramentum Pœnitentie est omnibus, post Baptismum in peccatum mortale lapsis, necessarium ad salutem in re, vel saltem in voto. Conclusio hæc est certa, & inter Catholicos indubitata; atque præter alia, patet ex Concilio Trident. Sess. 14. cap. 2. prout jam superius (a) declaratum

g. Ad-

8. Additur verò, omnibus post Baptismum in peccatum mortale appellatur lapis. Siquidem peccata ante receptum Baptismum commissa secunda remittuntur virtute ipsius Sacramenti Baptismi, neque sunt mā post natura apta Sacramenti Pœnitentia. Et hinc istud Pœnitentia fragium Sacramentum rectè à SS. Patribus appellatur secunda post naufragia Tabula, fragium Tabula, naufragis præparata; prout habetur can. Secunda, de pœnit. dist. 1. juncto Concilio Trid. cit. Sess. 14. cap. 2. ibi: Si quis Sacramenta confundens, &c. dixerit, Pœnitentiam non recte secundam post naufragium Tabulam appellari; anathema sit.

QUÆSTIO II.

De Materia Sacramenti Pœnitentia.

9. **C**ONCL. I. Materia Sacramenti Pœnitentia est duplex; Materia remota, & proxima. Remota sunt peccata post Baptismum commissa; & hæc rursum est duplex, videlicet ut ea que necessaria, & sufficiens. Materia remota & necessaria Sacramenti Pœnitentia, est omne peccatum mortale post Baptismum commissum, & nondum ritè confessum. Materia sufficiens, et si non necessaria, est omne peccatum veniale post Baptismum commissum, vel etiam mortale alias ritè confessum. Ita communis Theologorum; idque patet inter alia ex Concilio Trident. Sess.

14. c. 5. 10. Porrò Materia proxima Sacramenti Pœnitentia sunt a. Et proxima Etus Pœnitentis, videlicet Contritio, Confessio, & Satisfactio. quæst. Ex quibus Satisfactio in re exhibita, communiter conceditur esse solum pars integralis Sacramenti Pœnitentia: uti patet in agonizante, qui si priùs petivit Confessarium, aut aliud signum petitæ Confessionis dedit, potest, ac debet absolvi absque alia iuncta Satisfactione, utpote quam amplius præ mortis angustijs peragere nequit. Contritio verò, & Confessio, juxta Thomistas & Recentiores passim, sunt partes essentiales Sacramenti Pœnitentia; juxta Doctorem Subtilerò verò 4. dist. 16. quest. 1. §. de Pœnitentia, & Scotistas, essentiam stricte, ac præcisè pro ipsa quidditate rei accipientes, solum requiruntur (necessario tamen, seu simpliciter) ad Sacramentum Pœnitentia, ad hoc, ut dignè recipiantur, prout amplius ibidem explicat Scotus.

11. Et cum hac Scotica doctrina concordat Concilium Circa hanc Trid. Sess. 14. cap. 3. sic dicens: Sunt autem quasi materia hujus Sacra- doctrina menti ipsius pœnitentis actus, nempe Contritio, Confessio, & Satisfactio: qui scoti, & qua- lhhh 3